

100 Schlüsselquellen zur Geschichte von Berlin, Brandenburg und Preußen

Edition

Der Tractatus de urbe Brandenburg wird hier erstmals in der rekonstruierten Originalfassung ediert. Diese Fassung findet sich in keiner der beiden Handschriften, die den Traktat überliefern, sie lässt sich aber aus der 1995 entdeckten Weimarer Handschrift (W) weitgehend wiedergewinnen.

Der Edition ist ein verkürzter kritischer Apparat beigegeben, der über alle Stellen Rechenschaft ablegt, an denen der edierte Text von W abweicht.

Die maßgebliche wissenschaftliche Edition ist jedoch weiterhin die 2015 veröffentlichte Edition des Traktats von Meckelnborg, *Tractatus de urbe Brandenburg*.

Siglen

- W Landesarchiv Thüringen – Hauptstaatsarchiv Weimar, Ernestinisches Gesamtarchiv, Reg. O 157, Bl. 278v–279r, 280r–281r (15. Jahrhundert)
- M Landesarchiv Sachsen-Anhalt, Cop. Kopiare und andere Amtsbücher, Nr. 390, Bl. 57v–60v (Mitte 16. Jahrhundert)

Tractatus de urbe Brandenburg

Incipit tractatus de¹ vrbe Brandeborch, qualiter de gentilitate in Christianitatem primum conuersa sit et postmodum a laczone, principe Polonie, supplantata, sed tandem² a marchione Adelberto diutina³ obsidione acquisita.

- 5 Innumeris annorum circulis ab vrbe Brandeborch condita temporibus paganorum principum misere sub paganismo euolutis Henricus, qui Slauice Pribeslaus, Christiani nominis cultor, ex legitima⁴ successione

¹ M (im Explicit): *de*; W: *ab*.

² M (im Explicit): *tandem*; W: Kürzel für *tantum* oder *tamen*.

³ M (im Explicit): *diutina*; W: *diuina*.

⁴ M: *ex legitima*; W: *extigniaca*.



Historische
Kommission
zu Berlin e.V.

100 Schlüsselquellen zur Geschichte von Berlin, Brandenburg und Preußen

parentele sue huius vrbis ac tocius terre adiacentis tandem Deo annuente
sortitus est principatum. In qua vrbe ydolum detestabile tribus capitibus
10 inhonoratum a deceptis hominibus quasi pro Deo colebatur et predonum
asylum idem locus predicabatur.
Princeps itaque Henricus populum suum spurcissimo ritui ydolatrie
deditum summe detestans omnimodis ad Deum conuertere studuit. Et cum
non haberet heredem, marchionem Albertum heredem sui⁵ principatus
15 instituit filiumque eius Ottonem de sacro fonte baptismatis suscipiens
totam Zugam, terram videlicet meridionalem Obule, more patrini ei
contulit.
Procedente vero tempore multis sibi Theutonicis principibus in amicicia
copulatis feliciter ydolatris repressis et latrocinantibus aliquatenus⁶
20 extinctis, cum haberet requiem per circuitum⁷, cum Petriissa, sua felice
coniuge, optata pace Deo deuote militauit. Verum, quia rex erat, insignia
regalia propter Deum libenti animo postposuit et dyadema regni sui et
vxoris sue Deo ultroneus⁸ obtulit.
Cum iam vero senio confectus⁹ deficere inciperet, vxorem suam marchioni
25 Adelberto urbem¹⁰ Brandeborch post mortem suam, sicut promiserat,
resignare fideliter commonuit¹¹. Sed febribus aliquamdiu correptus et
dolore mortis pregrauatus sana mente in domino feliciter, ut speramus,
obdormiuit.
Vidua igitur ipsius non immemor monitis eius nouissimis, cum sciret terre

⁵ M: *sui*; W: *sibi*.

⁶ Meckelnborg: *aliquatenus*; W: *aliquantulum*.

⁷ M: *circuitum*; W: *circuit*.

⁸ Meckelnborg: *ultroneus*; W: *ut [oder n]troneus*.

⁹ M: *confectus*; W: *confessus*.

¹⁰ M: *vrbem*; W: *urbemque*.

¹¹ M: *commonuit*; W: *commouit*.



Historische
Kommission
zu Berlin e.V.

100 Schlüsselquellen zur Geschichte von Berlin, Brandenburg und Preußen

30 populum ad colenda ydola pronissimum, mal<l>ens Teutonicis terram tradere quam prophano¹² cultui ydolorum vltra deseruire, sapientibus vsa consiliis maritum suum triduo mortuum nullo sciente preter familiarissimos inhumatum obseruauit et marchionem Adelbertum, quem sibi heredem instituerat, vt vr bem suscepturus veniret, rem gestam indicans
35 aduocauit.
Qui festinus in manu valida armatorum iuxta condictum veniens vr bem Brandeborch velut hereditario iure possedit et prefati principis Henrici exequias multorum nobilium obsequio iuxta magnificenciam principalem honorifice celebrauit¹³. Igitur marchio Albertus libera rerum suarum
40 disponendarum in vrbe Brandeborg¹⁴ facultate potitus paganos scelere latrociniis notatos¹⁵ et inmundicia ydolatrie infectos vrbe expulit ac viris bellicosis, Slavis et Teutonicis, quibus plurimum confidebat, vr bem custodiendam commisit.
Vbi autem huiuscemodi fama, qua nullum malum velocius, in auribus
45 Iaczonis in Polonia tunc temporis principiantis¹⁶, auunculi prelibati defuncti principis, percrebruit¹⁷, quam maxime de morte nepotis sui doluit et, quia proxima linea consanguinitatis defuncto iunctus¹⁸ erat, perpetuo se de vrbe exhereditatum considerans et in celum querulas voces effunde<n>s miserabiliter ingemuit. Verum breui tempore inhabitantibus vr bem pecunia
50 corruptis proditam ab eis nocturno silencio cum magno exercitu Polonorum reseratis amicabiliter seris portarum intravit.

¹² M: *prophano*; W: *prono*.

¹³ M: *celebrauit*; W: *celebrant*.

¹⁴ Möglicherweise sind die Wörter *in vrbe Brandeborg* in W interpoliert, da der Autor sonst die Form *Brandeborch* verwendet.

¹⁵ M: *notatos*; W: *vocatos*.

¹⁶ M: *principiantis*; W: *principatis*.

¹⁷ Meckelnborg: *percrebruit*; M: *percrepuit*; in W ausgelassen.

¹⁸ M: *iunctus*; W: *vinctus*.



Historische
Kommission
zu Berlin e.V.

100 Schlüsselquellen zur Geschichte von Berlin, Brandenburg und Preußen

Quo audito marchio Adelbertus a iuuentute sua strenue in bello exercitatus, quid facto opus esset, extemplo¹⁹ considerauit et expedicionem indicens copiosum²⁰ exercitum congregauit et die condicto forcium

- 55 pugnatorum vallatus auxilio ad vrbum Brandenborch sibi a laczone supplantatam quantocius properauit ac tribus²¹ in locis circa eam exercitum diuidens²² longo tempore propter munitionem loci eam obsedit. Sed, cum hii qui in urbe erant cernerent se nimis²³ angustiatos non posse euadere manus aduersancium, condicione firmata libere exeundi dextris sibi datis
60 marchioni vrbum coacti resignauerunt. Anno igitur dominice incarnationis M° c° lvii²⁴ iii° Ydus Iunii prefatus marchio Adelbertus vrbum Brandenborch diuina fauente clemencia victoriosissime recepit ac cum multo comitatu letus introiens erecto in eminentiore loco vexillo Deo laudes, qui sibi victoram de hostibus contulerat, merito persoluit.

¹⁹ M: *opus esset extempo*; W: *in templo opus esset*.

²⁰ M: *copiosum*; W: *compositum*.

²¹ M: *ac tribus*; W: *attribus*.

²² M: *diuidens*; W: *diuides*.

²³ M: *nimis*; W: *minis*.

²⁴ Meckelnborg: M° c° lvii; W: M° cc° lvii.